

lasti. **A**ve uirgo totius expert criminis. plena  
 dulcedinis. et a celorum summo opifice coronata  
 multum mirifice. **A**ve uirgo de cuius germine. si  
 ne uirili semine. sic uermis concipitur. per quem  
 serpens conteritur. **A**ve uirgo uirga rectis  
 sima desolatis dulcissima. que produxisti bacu  
 lum. ad sustentandum seculum. **A**ve uirgo beata  
 femina. uirtutum celi domina. per quam regem superbie  
 uicit christus rex glorie. **A**ve uirgo sanctissima sincera  
 cuius anima. bonis terre profuit. in qua beate  
 uiuit. **A**ve uirgo pulchra tota inter innocentes  
 lota. digna dei ad altare quod est christo ministrare.  
**A**ve uirgo profusa lumine. tuo ad digna nomine.  
 nam quod maria dicitur. stella maris interpre  
 tatur. **A**ve uirgo cuius confessio cordis fuit de  
 uotio. cuius caro tunc floruit. quando ipsa christum  
 genuit. **A**ve uirgo que uoce organum. candore  
 uincis lybanum. mater occisi uiculi. propter pecca  
 ta populi. **A**ve uirgo que nosti plangere  
 pauperum scelere. cuius planctus in gaudium  
 conuersus est profugium. **A**ve uirgo cui iam dul  
 cescit. quod gustatum non decrescit. que ab om  
 ni tumultu in diuino lates uultu. **A**ve uirgo